

616 *East Chesters* GORD. *Walwick Chesters* HORSL. *Walwick Grange, used as a door stone in the cow-house HUTCH.* HODGS. *Servatur in Alnwick castle.* Cippus altus ped. 5 dig. 6, latus ped. 3. Litterae paene omnino evanuerunt.

protome
feminae
intra sertum
D M
VRSE SORORI
IVLIE CONIVGI
CANIONI FILIO
5 IVRIO GERM

Contuli ut potui. Gordon it. sept. p. 73 tab. 31 fig. 1; Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 216 *Northumb.* n. 23 (inde Warburton vallum p. 53, 23; Goughs *Camden* 3 p. 503 tab. 32 fig. 5); Hutchinson *Northumb.* 1 p. 81 cui dedit Collier 'from a ms. at Mr. Erringtons'; Hodgson 2, 3 p. 183; Bruce *wall* ed. II p. 153, lapid. p. 66, 119.

4 CANIONI Æ III O Gord., CARBONI FILIO Hutch. 5 VAVRIO Gord., IVRIO Horsl., FVRIO Hutch. Lurionem quendam Germanum habuimus supra n. 332.

D(is) M(anibus). Urse sorori, Iulie coniugi, Canioni? filio [L]urio Germ(anus)

XLVII. PROCOLITIA, STATIO PER LINEAM VALLI SEPTIMA (*Carrawburgh*).

Accedunt *Sewingshields* et castellum miliarium ad *Busy Gap*.

Post praefectum alae II Asturum Cilurni collocatum notitia *tribunum cohortis I Batavorum* ponit *Procolitia* (p. 114* 6; *Brocoliti* Ravennas 5, 31 p. 432, 17); cum alae illius tituli reperti sint ad *Chesters*, cohortis huius memoriam servant tituli duo (n. 617. 621) reperti in castrorum parietinis ad *Carraw* vicum diu notis (Goughs *Camden* 3 p. 491. 505; *Maclauchlan memoir* p. 34; Bruce *wall* p. 169), quae *Carrawburgh* sive *Carrawburgh* dicuntur. Cohortes Batavorum iam in exercitu Agricolae fuisse notum est (Tacitus *Agr.* c. 36); prima in diplomate a. 124 memoratur. Num *Procolitiae* iam Hadriani tempore in castris fuerit, ut certo erat a. 237 (n. 621), non constat; titulus n. 617 sane vetustior est quam n. 621, sed potest esse saeculi secundi exeuntis. Ceterum memoratur eadem cohors I Batavorum etiam in titulo centuriali, ut vocant, Magnis reperto (n. 777). Videtur ibi etiam fuisse Hadriano imperante cohors I Aquitanorum (n. 620) in diplomate a. 124 nominata, cuius praefectum

supra repperimus prope *Devam* (n. 176); praeterea memoria eius superest nulla. Neque desunt lapides soliti legionum, secundae et sextae (n. 622—624), cohortium, centuriarum (n. 625—631).

Huius quoque stationis tituli pauci tantum saeculo proximo noti erant, Radulpho THORESBY (n. 617), GORDONI (n. 618), WARBURTONI (n. 619), HORSLEIO (n. 617. 618. 627); plurimi nuper accesserunt servanturque fere cum *Cilurnensibus*. Nuperrimè haec quoque statio in *Ioh. Clayton* possessionem venit, ut audio a *Brucio*; unde sperandum fore ut effossionibus institutis plura inde proveniant monumenta. Adhuc vero unus tantum accessit (n. 631a).

Sewingshields, ut *Carraw*, villa rustica est, ad quam lapides valli delati sunt non pauci (cf. Bruce *wall* p. 174). Ad castellum miliarium prope *Busy Gap* pertinet titulus n. 630 (Bruce *wall* p. 178).

617 Ara rep. ad vallum prope *Chollerton* THORESBY. *In the possession of Mr. Forster, of Carraw* WALL. *Walwick Chesters* GIBS. errore. Deinde per Warburtonem ad *Hexham* et postea in bibliothecam *Dunelmensem* translata, ubi servatur. Litteris bonis.

F O R T V N A E
COH · I · BATAVOR
patera CVI · PRAEEST patera
M · FLACCINIUS
5 MARCELLVS · PRÆ

Contuli. R. Thoresby et Th. Gale *philos. transact.* 19, 1695 p. 661 quibus misit Dr. Cay (inde Mur. 81, 3; ex hoc Orell. 1755); Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 218 *Northumb.* 32 (inde Warburton vallum p. 58, 32; Goughs *Camden* 3 p. 505. 508 tab. 32 fig. 1; ex Gibsone Orell. 3400; Hodgson 2, 3 p. 184; Newton p. 114, 80; Akerman *archaeol. index* p. 78); Wallis 2 p. 45; Bruce *wall* p. 170.

5 MELACCINIUS reliqui omnes; correxit iam Henzenus.

Fortunae coh(ortis) I Batav(orum) cui praeest M. Flaccinius Marcellus praefectus

618 *Carabruch* GORD. *Carrawburgh* HORSL. Ut praecedens per Warburtonem ad *Hexham* et deinde ad bibliothecam *Dunelmensem* delata, ubi servatur.

D · M · D
R A N Q I L I I I
A · S E V E R A
R O · S E · E · S I
5 S · V · S · L · M · S

Contuli. Gordon it. sept. p. 94 tab. 41 fig. 2; Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 218 *Northumb.* 33 (inde Warburton vallum p. 59, 33; Goughs *Camden* 3 p. 505 tab. 32 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 184).

1 D·M·D Warb., Gord., Horsl. b potest in lapide fuisse. 2 RANQYL Gord.; sed v et i separatas esse recte observavit Horsl. Similiter v. 4 scriptum est suis.

D(eae) m(agnae) [I]d(eae)? Tranquil[li]a Se- vera pro se et suis v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

619 *Carrawburgh*. Ara; anaglypha varia addita sunt a Warburtone ornamenti causa.

D E O V E
T E · R I V O
T V M · V C
C V S V L

Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 218; Goughs *Camden* 3 p. 505; Hodgson 2, 3 p. 184).

620 *Carrawburgh*, rep. et museo Aelianensi dono data a. 1849 'by the Pilgrim band' BRUCE. Arula (of very rough coarse grained sandstone BRUCE).

I I I V
L C C I L I I I
= V I C
3 N N S I I I I

Descripsi ut potui. Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 267, *cat.* p. 47, 159 qui ectypum misit inutile; ipse v. ultimo BANNAE legit dubitanter, reliqua non descripsit. Cf. infra n. 830.